



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Qui pueri dicu[n]tur legitimi. qui naturales

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Secundo notandum circa secundum documentum. scilicet quod si aliquis illegitimus vult procedere in sacris ordinibus. tunc dicunt quidam doctores quod episcopus vel archiepiscopus potest secum dispensare quantum ad salutem anime. non tamen ut possit procedere ad aliquos plures vel prebendas vel curas animarum. ita imo quod intrando claustrum talis possit procedere in ordinibus sacris. sic quod solum habeat curam anime sue et non aliorum. Si vero talis illegitimus vult recipere sacros ordines ad plures vel ad alia beneficia curam animarum habentia. tunc nemo potest dispensare cum illo nisi solus dominus apostolicus.

Tercio notandum. quod ille homo dicitur legitimus qui generatur ex matrimonio vero et legitimo. vel qui generatur ab his qui matrimonium contraxerunt in facie ecclesie. Et si postea divorcium celebratum esset inter eos propter aliquod impedimentum. nihilominus tamen omnes illi pueri sic generati dicuntur legitimi. Et hoc est verum si contrahentes matrimonium credunt se bene contraxisse. vel ad minus una persona credit se bene contraxisse. Si vero ambe persone crederent se male contraxisse. tunc pueri sic generati dicuntur illegitimi.

Quarto notandum. quod quidam pueri dicuntur legitimi. ut sunt illi qui de thoro legitimo generantur. quidam naturales. ut sunt geniti ex soluto et soluta. et quidam nec sunt legitimi nec naturales. ut sunt spurii. Unde notandum. quod istiusmodi pueri dicuntur spurii qui generantur in adulterio. ut si aliquis uxoratus haberet proles cum muliere non propria. vel e converso. Quidam autem sunt legitimi. ut sunt illi qui procedunt ex legitimo thoro. et istiusmodi dicitur sine aliqua dispensatione possunt accipere ordines et non alij.

Quinto notandum. quod aliquis legitimitur dupliciter. Uno modo per dispensationem. et sic pueri (qui nec sunt naturales nec legitimi) legitimitur ad omnes actus seculares et spirituales. Alio modo aliquis legitimitur per matrimonium contractum. ut si solutus generaret cum soluta. et si postea contraheret matrimonium tunc illi pueri prius illegitimi legitimitur per subsequens matrimonium. Sed hoc non est de spuriiis. quia tales generantur per adulterium. Et ergo littera bene dicit quod nullus illegitimus debet procedere ad sacros ordines nisi ex speciali dispensatione.

Ultimo notandum. quod filij illegitimi prohibentur ab ordinibus sacris tripliciter de causa. Prima causa est dignitas sacramenti ordinis que vilibus personis non debet porrigi. quod scriptum est. Nolite sanctum dare canibus. Secunda causa est detestatio paterni criminis. Tercia causa est. quia presumitur quod filius sit imitator paterni criminis. quod malicia parentum inducit presumptioem pro filium. ut habetur distinctio quadragesima prima. Sciens. Item si spurius intret religionem tollitur ab eo irregularitas. ut per xix. distinctioe questione ultima. Non licet.

.i. excoicatioe

.i. donatur

In banno tibi si sacer ordo datur. scio quod non

.i. inde .i. libereris .i. nisi penitus fueris domino apostolico

Hinc absolueris nisi presentando pape te

Nic autem ponit quartum documentum de sacris ordinibus dicens. Si aliquis esset in banno vel in sententia excoicatiois. et presumptive scienter vel ignoranter sumeret sacros ordines quocumque modo est in excoicatioe. tunc